



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris Petri Marchantii

Zurmöllen, Heinrich

Neuhusii, 1677

Art. 3. De Pharmacopaeis

urn:nbn:de:hbz:466:1-9734

requiruntur. Quæ in Medicis: nimirum: scientia Chirurgiæ, experientia approbata, & expertorum iudicio confirmata, & si absque tali scientia à Magistratibus admittantur: ipsi exercentes, & Magistratus admittentes, ob pericula, quibus hominem exponunt, mortali peccato ut plurimum se polluant. Requiritur etiam in iis fidelitas, ut curando homini fideliter assistant, & ab eventibus fortuitis, quæ ex variis causis infirmo evenire possunt, caveant. Requiritur etiam sollicitudo, ne defectu vigilantia ac industria, patienti aliquod periculum vel detrimentum superveniat.

Articulus Tertius.

De Pharmacopæis.

I. **P**Harmacopæi Medicis omnino necessarii sunt, quorum officium est medicinas componere, & ad præscriptum Medicorum disponere, & hos artis scientia, fidelitas, & iustitia in distribuendis medicinis, maxime obligat: Scienter quidem, ut praxim medicinas conficiendi, miscendi, adhibendi norint: fidelitas: ut probas
 non

non mutatas neque vitiatas, non corruptas nec nimis vetustas subministrant. Justitia: ut justo pretio divendant, in quibus multæ fraudes intervenire non raro solent.

Articulus Quartus.

De Obstetricibus.

I. **O**bstetrices etiam particulam aliquam medicine sibi usurpant, quia quadam arte uti debent, ut feliciter absque detrimento Matris & fætus, parturienti, obstetricem manum adhibeant, ut lotioni, præcisioni umbelici, compositioni corporis puerilis, dum partus egressus est invigilent, ut denique omnia observent, quæ ad fætus & Matris conservationem in illo actu sunt necessaria: quare ad hoc assumi non possunt, nisi providæ & honestæ ac expertæ, quarum vita ac fama integra sit. Nam præter ea quæ superius narrata sunt, solent adhiberi ut cognoscant, an puella integri claustrum virginalis sit, an corrupta, an capax coitus Matrimonialis, an incapax, quarum judicio, si nihil obstet, statur. In necessitate etiam debent invigilare, ut proles tempe-

X

stive,